eis domine turris fortitudinis. a facie inimici. Nichil proficiat inimicus in
eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. Exurge domine adiuva nos. Et
libera nos propter nomen tuum. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oratio

Exaudi quesumus domine supplicum preces et confitentium tibi
parce peccatis: ut quos conscientie reatus accusat
indulgentia tue miserationis absolvat. Per. Alia

Preveniat hos famulos tuos quesumus domine misericordia
ut omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per.

Adesto domine supplicationibus nostris. nec sit ab his Alia
famulis tuis. quesumus clementie tue longinqua miseratio
sana vulnera eorum qui remitte peccata. et ut nullis ini-
quitatibus a te separentur domino semper valeant adherere. Per.

Misereatur vestri omnipotens deus. et dimittat vobis omnia
peccata vestra. liberet vos ab omni malo. et conservet
vos semper in omni opere bono et perducat vos ad vitam eternam.
Benedicat vos deus pater. custodiat vos ihesus christus. illu-
minet vos spiritus sanctus. omnibus diebus vite vestre confirmet
vos virtus christi. indulgeat vobis dominus omnia peccata vestra
et delicta vestra. Amen.

Exaudi nos domine quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem mise-
rationum tuarum respice nos domine. Salvum me fac domine. Gloria.

Ineffabilem misericordiam tuam nobis domine clementer ostende
ut simul nos et a peccatis exuas: et a penis quas pro his
meremur eripias. Per dominum. Benedictio cinerum

[Omni]potens sempiterne deus parce metuentibus. propitiare sup-
plicantibus. et mittere digneris sanctum angelum tuum